



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Tumulum felicis hominis mercatoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

## TVMVLORVM

Pœna mihi est tumulus. pœna est rurale sepulcrum,  
Quæq; quies alijs, est mihi supplicium.  
Pro uiola porrum, pro ture, atq; Arabe coſto  
Cæpa datur, cæpis obsita ſemper humus.  
Méq; ſues, méq; Guerres, uexantq; capellæ,  
Inquinat et tumulos ingluuiosus anas.  
In primis me turbat anus, quæ carmine longo  
Euocat et manes, euocat atq; erubum.  
Vos alio cineres, alio traducite noſtros,  
Quæq; urbana fui, rusticæ ne iaceam.

## SCANDEREBAE I HOMINIS bibacſſimi.

Funde urnam ad tumulos, funde et uinalia testa.  
Ebrius hic nūquam, sobrius hic neutiquam.  
Ebrius hic ſemper, ſemper quoq; sobrius idem.  
Dic mihi quisnam hic ſit? Scanderebaeus erat.

## TRIVM GRAMMATICORVM. Pontanus ipſe loquitur.

Paschalis iacet hic, docuit qui grammata, méq;  
Inſtituit puerum, nescius inſciolum.  
Melior huic ſuccedit ineptus, et inde Cataldus.  
Tris hos uix unuſ ferre potest tumulus.  
Ille ualeat pugnis, aſt alter robore lucetæ.  
Hic clamore grues uicerit, atq; anates.  
Ite procul Muſæ, puerum me quæ nequifit  
His a' Grammaticis Nestoreum eripite.

## FE LICIS MERCATORIS.

Felix hic iaceo, male felix, quem neq; coniux,  
 Nec natus sepelit, nec soror, aut genitrix,  
 Non pater, aut frater. rapidæ excerpere uolucres.  
 Prædaq; sum cupidis heu data uulturijs.  
 Dum uarijs inhio lucris, fora multa frequento,  
 Et uitam, et partas eripit hostis opes.  
 Inquor præda auibus. nullum tegit ossa sepulcrū.  
 Sola per ignotos umbra uagatur agros.  
 Donec metumulo pastor donauit, et alno  
 Infelix scripsit hac requiescit humo.  
 Felix cum fuerim, nunquam post fata quieui,  
 Infelix donec scribere in tumulo.

**IACOBI PONTANI PATRIS**  
 Iouiani Pontani.

In tumulo situs est uatis pater. hoc satis esset,  
 Sed pater ipse suis laudibus auctus erat.  
 Cui gentilis honor. cui linguae ornatus et oris,  
 Atq; togæ, atq; hastæ, cui uel utrumq; decus.  
 Non est quod tumulo exoptes. cœlum ille petiuit.  
 Sed uenerare pijs ossa reposita locis.  
 Ante diem rapuit Iacobum mors. filius illi  
 Infans quæ nequit, dat modo iusta senex.

**CHRISTIANAE MATRIS. PON-**  
 tanus filius ad illius sepulcrum.

Optabunt tibi Christiana Musæ  
 Ad bustum bene, nec mihi negabunt.